



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Sodomia imperfecta

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

nam cognoscit, & semen extra
vas dispergit, dicam mox cum
de Sodomia imperfecta.

73 Vnum denique hic adver-
te, in Sodomia non satis esse di-
cere, Sodomiam commisi, sed
explicandum / in super, an quis
fuerit agens, an patiens. Ratio
est; quia agens committit pollu-
tionem: quam patiens, eo ipso,
quod patiens est non committit.

l De Lug.
d. 16. sect.
§. n. 243.

De sodomia cum affine, vide
§. 7. n. 54.

De sodomia uxorati, vide §. 6.
n. 46.

De sodomia cum Infideli, vide
§. 4. n. 23.

De sodomia cum Virgine, vid.
§ 8. n. 57

Sodomia imperfecta.

74 Sodomiam imperfectam,
quam alii vocant innaturalem
concumbendi modum, est pec-
catum contra naturam, per quod
vir cum foemina concumbit ex-
tra vas naturale. Est species di-
stincta

stincta

stincta à sodomia perfecta, adeoque speciatim in Confessione exprimenda; perfecta enim procedit ex affectu ad indebitum sexum; hæc verò procedit; non ex affectu ad indebitum sexum, sed licet ad debitum, tamen ad partem innaturalem.

75 Sed quid dicendum, si quis se polluat inter ceteras partes fœminæ, coxendices, brachia &c. Respondeo de hac re dictum supra num. 64. Illud hinc sive recole, sive adde; si primum fit concubitus ex affectu ad personam ipsam, sexumque fœmineum est copula fornicaria, sive adulterina, sive incestuosa, juxta conditionem personæ, atque adeo est aperiendus. Si secundum fit concubitus ex affectu ad præposterias partes; est Sodomia imperfecta, de qua agimus, ac similiter aperiendus. Si tertium denique fit sine concubitu, se

ligenter pernotes: Hæc à nobis dicta esse ad dandam veram harum rerum essentiam. Ceterum in præci Confessario expediet tot minutias nequaquam inter-

m. Fill. in Instruct. brevi pro Confess. v. I. circa initium.

rogare. Audi Filliucium, prudens, inquit, esse Confessarius debet in exquirendis circumstantiis sexti præcepti præparatoriis ad actum consummatum, modis minutè non necessariis, ne se, vel pœnitentem excitet ad aliquam tentationem.

n. Coninch disp. 7. de Sac. dub. 7. n. 56.

Audi Coninchium, n. præstat aliquando Sacerdotem minutè peccatum perfectè pœnitenti intelligere, quam vel illi, vel sibi aliquod scandalum creare & esse nimium. Audi Angelum

o Angelus V. Interrogationes 21.

Confiterur, inquit, mulier quod fuit cognita extra vas debitum: non quærat postea Confessarius in quo loco, vel quomodo, & huiusmodi, sicuti faciunt quidam, qui potius sunt

contra

contaminatores, quam Confes-
sores. Vide alios. p

Bestialitas.

78 Bestialitas est Concubitus
q cum re animata, non ejusdem
speciei cum homine. Huc redu-
citur concubitus cum Dæmone,
quia adhuc ille non est ejusdem
cum homine speciei, etiamsi af-
sumat formam hominis. In hoc
crimine, non est necessariò ex-
plicandum r genus animalis, sive
sit equus, sive sit equa; sive ovis,
sive gallina; semper est enim ea-
dem in specie moralis deformatas.
At si sit in concubitu cum
Dæmone, debet s id explicari;
quia superadditur peccatū con-
tra Religionem, id est commer-
cium cum Dei, nostrumque om-
nium, nequissimo inimico.
Nota insuper, exprimi in
Confessione oportere t an Dæ-
mon fuerit sub forma fceminæ,
vel viri, vel sub forma talis con-
jugati; vel talis monialis, pro-
fessæ,

N 3

p Fagund.
prac Ecc.

2. l. 2. c. 2.

n. 8. Ho
mobonum

in exam.

Eccel. p. 1.

tr 4. c. 12.

q. 11. De

Lugo d. 16

de pœn.

sect. 14.

n. 595.

q S. Th. 2.

2. q 52.

ar. 11.

r F. lius.

tr. 30. c. 9.

n. 161.

f Idem ib.

num. 161.

c Ibid.